

per hanc concessionis scripturam, donamus, donatumque in perpetuum esse volumus cœnobio sancti Nicclai et congregationi monachorum inibi degentium de facultate nostra; hoc est, in Andegavo pago, non longe a civitate, terram quæ dicitur ad Accisarias totam integre et quiete, sicuti eam ab Alberico dominico vallo nostro Quidone sancti Mauriti ædituum tenuisse, nosque a Vuidone thesaurario per concambia commutasse constat. Donamus in alio loco juxta monasterium, interfluente tantummodo fluvio Brionello, de terra arabili ad stationem modiorum duodecim: et in ea viridegarium et vinearum arpennos duos. Item in loco qui nominatur

A Lupellus, in ripa Meduanæ pratorum arpennos duodecim. Item apud villam Lanariam, inter saltum Captiæ, terram ad stationem modiorum trium. In terra sancti Petri, vinearum arpennos undecim ad censum et decimam.

Signum † firmitudinis a comite Gauffredo manu propria impositum. Hujus autem constitutionis seu donationis auctoritas ut in Dei nomine, per succedentia tempora, firmiorem obstineat rememorationis et conservationis vigorem, manibus propriis eam signo crucis insignivimus et fideles nostros roborare rogavimus.

RAIMUNDI DE CURAMONTA

Charta qua Hierosolymam proficiscens, prædia quædam monachis Tutelensibus impignorat.

(Anno 1096.)

[BALUZ. *Historia Tutelensis*, p. 441.]

Noverint præsentis et futuri quod ego Raimundus de Curamonta, quando volui pergere Jerosolymis cum Raimundo vicecomite Torennense, impignoravi abbati Willelmo monachisque Tutelensibus quartam partem ecclesiæ de Branceiliis, videlicet quartam partem decimi et proferentii et fevum presby-

B terale meamque turrem et alias domos, etc. Hoc autem factum est anno incarnati Verbi 1096, indictione iv, anno pontificatus domni Urbani papæ secundi octavo, Philippo rege regnante, Lemovicina sede episcopo carente, Willelmo abbate Tutelensis monasterii pastorem curam agente.

RAIMUNDI COMITIS S. ÆGIDII DIPLOMA

De donatione medietatis villæ Gibellet facta S. Victori Massiliensi.

(Anno 1103.)

(Edidit MARTENE, *ampl. Collect.*, I, 600. Ex archivis S. Victoris Massiliensis eruit D. Furnerius.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego (1) **RAIMUNDUS**, gratia Dei S. Ægidii comes et Provinciæ marchio, princeps autem, Deo auxiliante, militiæ Christianæ in Hierosolymitano itinere, considerans peccatorum meorum immanitatem, atque parvissimæ quæ mecum est Christianitatis, pro diversis excessibus imbecillitatem, instante etiam omnibusque modis inquirente, laboresque suos et sollicitudinem in meo servitio expendente domno Richardo S. R. E. cardinali et Massiliensi abbate, dono et concedo

C unigenito Dei Filio, ejusque venerabili matri S. Mariæ, necnon pretiosis martyribus Victori et sociis ejus, aliisque quorum reliquiæ apud honorabile monasterium Massiliense in Christo requiescunt, medietatem civitatis quæ vocatur Gibellet, quæ etiam in littore maris Magni, altis muris, firmisque turribus munita inter Tripolim et Beritum, et omnium ad eam mari et terra pertinentium, videlicet in ecclesiis, villis, castellis, casalibus, terris cultis et incultis; in portu, ac naufragiis, sive in cunctis ubi truncatam et interpolatam, ut necessario fuerit recudenda.

(1) Hanc chartam edidit Baluzius in suis ad Historiam domus Arverniciæ probationibus, sed adeo